ΑΝΑΣΤ. Κ. Π. ΣΤΑΜΟΥΛΗ
ΤΟΥ ΕΚ ΣΗΛΥΒΡΙΑΣ
ΘΡΑΚΙΚΑ

Numisma Antiquum graecum
à Smyrneis et Perinthiis
in honorem Antinoi cusum

ΑΝΤΙΝΟΟΣ · ΟΣΤΙΛΙΟΣ · ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ · Ο · ΙΕΡΕΥΣ · ΑΥΤΟΥ.
(Imago Antinoi à Smyrnaeis et Perinthiis in ejus honorem cusa).

℞ ΣΜΥΡΝ ΑΙΩΝ · ΟΜΟΝ ΟΙΑ · ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΡΑ ΤΟΥΣ

(Effigies Adolescentis se manibus tenentium)
Είναι από Σμύρνη και Πέρινθο, κρατούσαι αλλήλων τα χέρια.

Numisma antiquum graecum, Literâ (S) notatum.
Exhibet Imaginem Antinoi, ab Imp. Hadriani adamati, quod Smyrnaei et Perinthii in ejusdem Antinoi honorem cuderunt.
Ejus Explicationem, ex autographis veterum Numismatum Voluminibus Jacobi de Strada excerptam, hic subjungo:
In una parte:
Antinous juvenis vultu decoro et venusto videtur; ~~sci~~ crispa capillis, pectoretenus nudus, nullo ornatu, sinistor sum intentis oculis. Circa ipsum est Inscriptio ejusmodi:
ΑΝΤΙΝΟΟΣ · ΟΣΤΙΛΙΟΣ · ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ · Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΤΟΙ.
In alter parte:
Duae effigies, adolescentis et mulieris, repraesentatur; qua se manibus tenent, quasi stipulat à manu saedus vel amicitiam facientes. Utraque effigies coronam turritam gestat in capite: quâ re significari duas Civitates hac figurâ monemur. Adolescens autem satis decora et speciosa facie, turritâ corona, ut dixi, in capite ornatus est, sinistror sum versus mulierem intuetur, tunica succincta supra genua indutus, leva manu bipennem acuminatam in humero sinistro jacentem tenet, dextra porrectâ mulieris manum complectitur; ocreis militaribus pedes ornatos habet; dextro pedi rostrum navis adheret. Per adolescentem Civitam Smyrnensium significatur, quod

Daniel de Nessel:
Vienna. Austria
National Bibliothek
Catalogus Codicum
Manuscriptum graecorum
Bibliothecae
Caesareae
Vindobonensis
1690.
Καλλίδορος
σ. 188, 176-177
Κολλίδου ιδιοκτ.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

(ακολουθεί)

Literae ipsi a tergo duplici line à sculptae indicant, quae ita sonant: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

Altera effigies, quam mulieris diximus esse, sic se habet. Mulier venustissimam faciem et juvenilem admodum habet; tunicata et patagiata est, patagiisque collecta in levo cubitu; ipsum caput corona turrita ambit; dextrorsum sum inspicit adulescentem, cujus manum dexteram sua dextera porrecta tenet; sinistra te-manem sive gubernaculum navis tenet, et pedi dextro quoque naevi ~~..~~ rostrum imminet. Monemur autem hanc figuram significare Civitatem Perinthum, quod et Literae a tergo mulieris sculptae testantur ΠΕΡΙΝΘΗ,

Inter utriusque capita leguntur hae Literae, ΟΜΟΝΟΙΑ, tribus in lineis sculptae, quorum primam occupant hae Litterae ΟΜΟΝ, alteram ΟΙ et infimam Litera unica Α.

Sub pedibus duae Literarum lineae leguntur: in priori ~~ΕΠ.ΜΕ~~ ΕΠ.ΜΕΝΕΚΑ., in inferiori ΕΘΥΣ.

Haec Jacobus de Strada [illegible]

ubi notandum est, [illegible] ab ipso exhibitas Numismatis istius Inscriptiones Graecae valde mendosas esse, [illegible] mari debere ac legi hoc modo:

ΑΝΤΙΝΟΟΣ, ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΑΥΤΟΥ. ΟΜΟΝΟΙΑ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Ipsum igitur illud Numisma emendatum ita se habet, uti ex apographo sive exemplari ejus aeri inciso, et è regione hujus paginae inserto videre est.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ